



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorijs III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvs I., Stephanvs IV., Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt & reges Francorvm, Carolvm Martellvm, ...

Gretser, Jacob

[München], 1613

Exemplar præcepti, quod fuit factum à Paulo, sanctæ recordationis Pontifice, sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & vniuersali Papa. XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65166)

mus, studiosius elaborate, scientes, quod si quis declinauerit in aliam partem, ab æternæ beatitudinis hæreditate erit alienus; scriptum quippe est, *qui perseuerauerit vsq; in finem hic saluus erit. Diligentibus namq; Deum omnia cooperantur in bonum.* Bene valet.

Matth. 10.
Rom. 8.

Exemplar præcepti, quod fuit factum * à

Paulo, sanctæ recordationis Pontifice, sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & vniuersali Papa.

XII.

* Init Paulus Pontificatum Anno Christi 757. obiit Anno 767.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, præcellentissimo filio Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum, & per eum venerabili Monasterio B. Syluestri Confessoris Christi atque Pontificis, & cunctæ Monachorum Congregationi, * nam & in posterum illic consistentium in perpetuum. Salubri prouidentia, quicquid venerabilium locorum requirit utilitas, illis nimirum committendum credimus esse personis, quibus diuinæ illustrationis gratia diffusa, ea, quæ pertinent ad laudem Redemptoris nostri, & ad maximum redintegrationis statum sanctorum locorum pertinere monstratur, totis conatibus perficere nituntur. Et quoniam constat præcella eximietas vestra à nobis petisse Monasterium. Scilicet B. Syluestri Pontificis atq; Confessoris, situm in monte * Serapt, nec non & alia illi tria

Summa. 2.
apud Bar.
& Cent.

* quin.

* Soracte.
Vide Bar.
747. N. 9.

subiacentia Monasteria, sancti scilicet primi Martyris Stephani, & B. Andreæ Apostoli, atq; Victoris vniuersis rebus & possessionibus, locis etiam & diuersis præfidiis, vel omnibus eis generaliter pertinentibus, in integrum, ecce præcellæ excellentiæ vestræ, voluntati

L

annu-

annuentes, per huius præcepti seriem, nostrū monasterium B. Syluestri, cum prædictis aliis tribus ei subiacentibus Monasteriis, id est, B. Stephani, atq; beatorum Andreae & Victoris, cum omnibus eis generaliter & in integro pertinentibus, à præsentī quinta decima Indictione, & in perpetuum, pro sustentatione peregrinorum & alimoniis fratrum nostrorū, Christi pauperum, atq; Monachorum, illic nunc & in posterum spiritalem vitam degentium, firma stabilitate vobis concedimus, & per vos in præfato venerabili monasterio hanc nostram Apostolicam exarationis præceptionem perenniter permanendam, concedimus atque largimur; quatenus vestro studio ea, quæ ad laudem Redemptoris nostri, & meliorem statum prædictorum venerabilium Monasteriorum pertinere noscuntur, in omnibus, Deo auspice, pro æterna excellentiæ vestræ memoria, & maxima remunerationis mercede, nihilominus proficiant decernentes.

Itaq; si quo tempore præceptum illud, quod à sanctæ recordationis prædecessore nostro, beatissimo Domino Zacharia Papa: quod Carlomanno, germano nostro, de eodem Monasterio emissum est, vel aliud quodlibet de ipsis præfatis monasteriis munimen, vbi repertum fuerit, causam inanem atq; vacuam esse nullam in se habentem firmitatem statuentes interea & hac Apostolica censura diuini iudicij obtestatione, & anathematis interdictione hæc quæ ad laudem Dei dinoscimur constituisse pro sustentatione peregrinorum, vt dictum est, & cunctæ monachorum illic consistentis congregationis, stabilitate, in perpetuo permanere il-

libata.

Item